

apud illam perire. Siquidem qui illius moribus atque consilis obsequuntur, prorsus terreni atque carnales efficiuntur, totique in carnem versi ad sempiternum tandem inferitum abducuntur. » Clemens Alexandrinus, lib. III *Pedag.* cap. xii, pro gigantes, veritatem serpentes : « Miser autem nescit, inquit, quos serpentes apud ipsam habitant; » sed per serpentes accipi gigantes quia, teste Macrobius, *I Satyr. xx.*, et S. Gregorio Nazianzenio, orat. 2 *Contra Julianum*, veteres pingebant gigantes superne homines, inferne serpentes, sive cum spiris serpentum, ut significarent eos potentiam miscuisse caliditatem et fallacie, ut quod viribus non poterant, id fraudibus perficerent. Tam ergo serpentes quam gigantes representant demones: sed serpentes notum-eorum vafiliem et dolos, gigantes robur et ferociam. Alludit ad diabolum, qui specie serpentes decepit Eym, et per Eyan Adamum. Simili enim modo in dies per mulieres et meretrices seducit et perdit maiorem hominum numerum. Hinc consequenter per serpentes accipi potest ipsa metrix, ejusque socia et lese. Haec enim serpentes halitu quasi afflata serpentinis haustore mores, dolos et fraudes quibus mille lenocini et artibus, quasi spiris, ita amicos involvunt et implicant, utesse desperante nequeant, juxta illud *Ecccl. cap. xxv.* 22: « Non est caput nequus super caput colubri, et non est ira super iram mulieris, » etc. Vide ibi dicta.

Exstat inter apologetos Gabrieli ultimum de serpente et agricola: « Agricola, inquit, serpente frigore pene congelatum sibi suo condidit; at serpens calore sinus incalentes agricolam mortuorū occidit. » Sie mal tractant benefactores; sic sollicit meretrices fractant suos amatos; non ergo serpentes sunt? Quid igitur est meretrix? Respondet S. Ephrem, tract. *Contra improbas mulieres*: « Est expedita rabies, vipers vestis; » et Anastasius Nicenius, *Quost. LXIII in Script.*: « Est quies serpentis, diaboloi solitum, officinae demonum. » Idem dicas de cupiditate quavis; hec enim mystica est meretrix. Porro gigantes hi, puta demones, a Scholiaste vocantur *hebrei*, id est pugnantes contra Deum, quia daemones, cum in Deum, ultiōe gehenna ignibus cruciantem, ardentem ire et vindicta, nec ipsim Deo novere possint, seviant in homines, tanquam in vivas Dei imagines, in eosque iras suas effundunt; quare sollicitant eos ad libidines et scortationes, ut in se imaginem Dei deturpent, profanent et perdant. Nam, ut sit S. Ambrosius, *epist. 82*: « Virginitas fons est, in quo maxime imago Dei fuet ac splendet. » Adeo daemones ex libido ad alia scelerata gradus facere, imo per illam ad haec viam sternere; cum enim castitatem homini expugnavit, facie eum ad quelibet crimina, ipsaque heros pertrahit. Unde Balama hoc consilium impunit dedidit Balac regi Moab ad perderendum Mosen et Hebreos: Submitte, inquit, in casta Hebreorum speciosas pueras Moabitidas, que-

ilos ad sui amorem illiciant, nec tamen sui copiam faciant prius quam Hebrei adorarint sumum idolum Beeliphegor. Et consilio respondit eventus. Vidi historiam, *Nam. XXV*, ubi came pertractavi. Sic hodie Lutherio, Calvinio catolicisque apostatis libido fuit et est origo causae apostasie et heresies.

ET IN PROFUNDIS INFERNI CONVIVA EJUS. — Hebrai, Aquila, Symmachus et Theodotion, *inventati ejus*, q. d. Meretrice haec suis convivas et amatos intericit, mittitque ad oreum et tartara, ut sieut haec convive ejus fuerint in sceleris et ardore libidinis, ita ibidem ejus convive sint in ardore gehenne. Dieat ergo ipsa suis amasis illud Leonide: « Prandete hic mecum, commilitones, apud inferos conaturi. » Unde Septuaginta vertunt, et in profundis inferni occurrit; S. Hieronymus, in cap. xiii *Osee*: « Terrigena apud eam perirent, et in profundum inferni occurruunt; » auctor *Catenae Gravor.*, *metrinx*, id est profundum; vertit quoque rete, vel laqueum: meretrice enim est rete diaconi et laqueus inferni; qui ergo ilium effugie cupit, fugiat a meretrice, sicut aves volant a rete.

Quare Salomus hic: « Qui verba meretricis liberter audit, inquit, et oscula ejus delectabiliter suscepit, quasi janam pulsat inferi. » Nam, ut sit S. Gregorius: « Ex quo luxurie mentem alieni occupavit, vix eum bona cogitare permittit. Suni enim desideria viscossa; ex consensu oritur operatio, ex operatione consuetudo, ex consuetudine desperatio. » Vide dicta cap. II, vers. 18, et cap. v, vers. 5. Fornicatoribus ergo inculcetur illud *Isaia xxxiii. 14*: « Quis poterit habite de vobis eum igne devorante? quis habitat ex vobis eum ardoribus sempternis? » Vide ibi dicta. Propter S. Ephrem, tract. *De Variis tormentis inferni*: « Illud, inquit, in profundo inferni, declarat quosdam quidem esse apud inferos, sed non in profundo, seu ima parte inferni, qui longe mitius puniuntur. » Luxuriosi ergo, qui in profundo inferni sunt, esteris damnatis gravius puniuntur.

Andi S. Cyrillum Alexandrinum, orat. *De exitu animi et de secundo adventu*, tom. IV, penas inferni recensentem et graphicis oculis subiectum: « Vas sorbitus, inquit, cum ex anla nupilarum exigitur! heu que tum penitentia, que afflictatio, quis angor, que jactatio futura est? Grave est a Sancta separari, durius a Deo separari, ignominium est pedibus manusibus colligari, et in ignem conjici; molestum est in iamas detraudi tenebras, tetrum dentibus stridere atque tabescere, odiosum nullum fine cruciari; matum linguan inflammarum funestam, aqua guttata petre, neque obtinere; acerbum in igne esse, et clamare, neque subveniri; insuperabile rauces, immensus gurges, ubi inclusus quis et detentus evadere aut aufugere nequeat; insuperabilis custodia murus, immites custodes, tenacibus carcer, infriacta vincula, inconclusa catena, diri ferique flamm-

flis ministri, graves illae qua ad supplicium adhibentur scutice, firmi ungues et infracti, duri nervi, turbida pix atque torrens, fletens sulphur, ignea illa cubitula, exstincta pyra, putidus virosusque vermis, inexorabile concilium, invictus gratia judex, inexcusabilis defensio; nos compuncti magnatum velutus, excoeti optimates, mendici reges, imperiti sapientes, fatui et rejectifici oratores, dementes divites, non auditis fala scribentium assentationes, manifeste malitiosorum versutiae, perspicue fraudatorum calliditates, virorū avarorum odor, aperta personarum similitudine, verberomes, impostores, omnia apud illos nuda atque patefacta. *Ue improbus* profani, seculati et impuri sunt in Dei conspectu. »

Adiecum septuaginta Romani haec gnomen: « Sed resili, ne moreris in loco, neque iniicias oculum tuum ad eam, ita enim transibi aquam alienam. » Quod ita explicat Clemens Alexandrinus, lib. III *Pedag.* cap. II: « Ne ad alienum fluvium accedamus, nobis suadet paedagogus, per alienum fluvium alienam uxorem libidini deditam (et in ista fluvii secum rapientem et absorbentem amassos) allegorie significans, ut que ad omnes dimanet, et per meretriciam intertemperantiam omnium voluptati effundatur. » Sicut ergo ne a torrente rapido abripiaris, procul ab eo fugis: sic

ne torrente libidinis abripiaris, procul fuge a meretrice. Mystice, idem Clemens, lib. I *Strom.*, hisca verbi significari ait, cavendum esse ab hereticorum baptismo.

Insuper addunt Septuaginta Romani: « Ab aqua autem aliena abstine te, et de fonte alieno ne biberas, ut longum vivas tempus, adieciunt etiam tibi anni vite. » Haec etiam legit Syrus, et Concilium Carthaginense apud S. Cyprianum, ubi Neumesianus ex iis probare contendit, cavendum esse hereticorum baptisma, ideoque illud esse invalidum et irritum, qui fuit error S. Cypriani et totius illius Concilii. Clemens vero, lib. III *Pedag.* cap. II, ad litteram de meretricie exponit: « Ab aliena, inquit, aqua abstine, et ex fonte alieno ne biberas, tillantius sensum delectationis fluentum nos vitare admonens, ut vivamus longo tempore; adageantur autem nobis anni vite, sive alienam voluntatem non venantibus, sive etiam hereses declinantibus. » Hinc notat auctor *Catenae Gravor.*: Sicut, inquit, apud Deum est fons vite, ita apud diabolum est vena vel fons mortis. Rursum, ut fons Iei est virtutis et agnitionis, ita fons diabolii est nequitatis et insecutie. Verum hec omnia absunt ab Hebreo, Latina Vulgata, et Graeca Complutensis. Quare certam S. Scripturā fidem non obtinent.

SECUNDA PARS LIBRI.

Bucusque porrigit se encomium et parænesis, sive exhortatio ad sapientiam, quo Salomon laudes, doles et fructus sapientie recensendo, inculcando et exaggerando, omnes ad eam invitavit et incitavit. Posito ergo haec quasi proemio nunc ipsas Parabolæ, id est gnomas et dogmata sapientie, sive Ethicae, tradere aggreditur. Inquit haec secunda pars inscribatur hebrei: *¶¶ mīle*, id est *Parabolæ*, id est gnoma, et sententias practice *Salomon* (1), quae in Hebreo velut carmina et rhythm per elegantem sunt, tum antithesis, tum teranomiasis, tum homoiotipsis, sive similiter cantibus, aliisque schematibus, ac saepe posterius nemisticum oppositio est prioris; licet subiecte duntaxat et obscure per metonymiam, qua-

(1) Minime vero, ait Rosenmüller ad h. I., qui illam (inscriptionem) apposuit, indicare voluisse centaurum, quod indicandi novi generis dicendi ergo, quippe singuli versus in illis quam sequuntur singulis plurimum dissolvunt sententias, quorum una raro coheret cum altera, ita ut per antithesen, per simile aut comparationem eas radice in quiclibet seorsim verso. » Alexandrinus interpres, nisi librariorum peccato ea parte trutatus est, hanc inscriptionem aut non legit, aut non dignatus est suo libro inferre, quod Sapientie orationem continuari existimat.

ex causa effectum, et metalepsin, qua ex antecedente consequens oppositum, aut vice versa ex consequente antecedens, vel comitans, oppositum subintelligendum lectori relinquunt. Exempla dabo cap. x, vers. 6, 8, 9, 13, 14 et sequent. Crebro enim opponit sapientem stulto, justum impio, strenuum pigro, divitem pauperi, ac generatim virtutem vitio, virtutis sua premia, vita suas penas ammettendos. Sunt tamen nonnullae gnoma mera parabolæ, id est similitudines, quibus unam rem, v. g. virtutem, alteri comparat et assimilat; quedam etiam sunt non tam de moribus quam de eventis hujus vite, que scilicet certos status, officia, actiones in hac vita comitari, vel subiecte duntaxat, sive frequenter, sive nonnunquam. Insuper nonnullae sunt communitorum, alia promissoria, quedam ethicae, alia economice, alia politice, ut dixi in Prologo. Denique gnoma ha mixtum et disparata sine ordine propounderunt et commiscentur, uti fit in distichis Catonis, P. Syri aliquorunque veterum *Gnomologorum*. Unde Hugo ad caput x: Hoc caput, inquit, sequitur usque ad caput xxv, tot habet partes quot parabolæ; quare hic connexio non est querenda, nec capita in certas sectiones dividuntur.

PARABOLÆ SALOMONIS.

CAPUT DECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Alternat sermonem de fio sapiente et stulto, id est probo et improbo, operante et otioso, simplici et prave, de charitate et odio, ac praseritum de lingua bono, ejusque malo, eorumque parvis et primitis.

1. Filius sapiens lætitiat patrem : filius vero stultus mœstitia est matris sua. 2. Nil proderunt thesauri impietatis : justitia vero liberabit a morte. 3. Non affliget Dominum fame animam justi, et insidias impiorum subverter. 4. Egestatem operata est mamma remissa : manus autem fortium divitias parat. Qui nititur mendacis, hic pascit ventos; idem autem ipse sequitur aves volantes. 5. Qui congregat in messe, filius sapiens est : qui autem steret aestate, filius confusio. 6. Benedictio Domini super caput justi : os autem impiorum operit iniquitas. 7. Memoria justi cum laudibus : et nomen impiorum putret. 8. Sapiens corde praecipita suscipit : stultus ceditur labiis. 9. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidente : qui autem depravat vias suas, manifestus erit. 10. Qui annuit oculo, dabit dolorem : et stultus labiis verberabitur. 11. Vena vita, os justi : et os impiorum operit iniquitatem. 12. Odium suscitat rixas : et universa delicia operit charitas. 13. In labiis sapientis inventur sapientia : et virga in dorso ejus qui indiget corde. 14. Sapientes abscondunt scientiam : os autem stulti confusioni proximum est. 15. Substantia divitis, urbs fortitudinis ejus : pavor pauperum, egestas eorum. 16. Opus justi ad vitam : fructus autem impii ad peccatum. 17. Via vita, custodiens disciplinam : qui autem increpations relinquit, errat. 18. Abscondunt odium labia mœdacia : qui profert contumeliam, insipiens est. 19. In multiloquio non derit peccatum : qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. 20. Argentum electrum, lingua justi : cor autem impiorum pro nihilo. 21. Labia justi erudiant plurimos : qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. 22. Benedictio Domini divites facit, nec sociabitur eis afflictio. 23. Quasi per risum stultus operatur scelus : sapientia autem est viro prudentia. 24. Quod timet impius, veniet super eum : desiderium suum justis dabitur. 25. Quasi tempestas ^{trans}versus non erit impius : justus autem quasi fundamentum sempiternum. 26. Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum. 27. Timor Domini apponet dies : et anni impiorum breviabuntur. 28. Expectatio justorum lætitia : spes autem impiorum peribit. 29. Fortitudo simplicis via Domini : et pavor his, qui operantur malum. 30. Justus in aeternum non commovebitur : impii autem non habitabunt super terram. 31. Os justi parturit sapientiam : lingua pravorum peribit. 32. Labia justi considerant placita : et os impiorum perversa.

1. **FILIUS SAPIENS LETITIAT PATREM; FILIUS VERO STULTUS MŒSTITIA (SYTUS, CONFUSIO) EST MATRIS SUÆ.** — Arabicus, contristat, vel mestum facit matrem suam. « Filius sapiens » est probus, modestus, obediens; « stultus » est improbus, peccantes, con-

tumax. Ha passim hoc libro sapiens vocatur probus, stultus vero improbus, quia vera sapientia est ipsa virtus et probitas, ac vicissim summa insipientia est vitium et improbitas. Dixit ergo quod filii probitas patri sit gaudio, improbitas vero ma-

tri sit moros, quia filius est pars, caro et sanguis parentum : filii ergo virtus et vitium in parentes proxime redundat, eisque vel latifam, vel tristitiam conciliat. Sub patre intelligit et matrem, ac vicissim sub matre intelligi et patrem (t). Tribuit tamen latitudinem patri. *Mœstia* matri : *primo*, copia causa; *secundo*, quod patres, utpote sanguinei, prioniores sint ad latitudinem, matres vero, utpote phlegmatio et melancholia, ad tristitiam; *tertio*, quia patres severius educant castigantque filios: quo fit ut filii bonus induant mores, quibus patris lætitiant; matres vero blandius et conuenienter tractant filios: quo fit ut filii evadant vitiosi, petulantiae, contumaces, itaque mœstorum matri afferant, et magis, quo ipsa per nimia indulgentiam causa vel occasio fuit ut tales evaderent filii. Meret ergo, quia ipsa mœstria ansam dedit. Ita Baynus. Vere Quinianus: « Mollis, inquit, illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes et mentis et corporis frangit; » *quarto*, quia filius sapiens ad publicos evoluit honores, officia et cathedras, que spectat pater, id eoque letat; stultus vero privatim cum matre vivit vitam ignavam et voluntariam, matræ gravis est et rebellis: quare ipsa occulta hec dedecora et probra filii spectans, assidue luget et *accret*. Ita R. Salomon, R. Levi et Aben-Ezra. Denique matres tenerius amant filios quam patres, tum quia feminæ sunt, tum quia certiores sunt illos suis esse filios, quam patres, tum quia plus filii conferunt quam patres; nam, ut alia taceant, novem mensibus in utero alium gestant eos cum magnis doloribus, fastidiosis et angoribus; deinde parunt eos cum ingenti cruciati et periculo vite; denique jam natos lacte suo aut nutrimentu per plures annos. Hinc fit ut magis anxie sint de filiorum vita et moribus, magisque doleant et mereant, si pravi evadant, quos tantis impendiis, laboribus et doloribus geruerint et educarunt. Accedit quod filii ob rationes jam dictas magis imitentur indolem matris, quam patris; quara matris culpae et probro datur magis quam patri, si filius evadat insolens et improbus. Igitur meret ipsa probrum et culpam tum filii, tum suam. Hunc facit illud Menandri: « Letitia patris filius sapiens. » Vice versa Valerius Maximus, lib. I, cap. II, hanc dat rationem, cur Dionysius tyrannus scelerum penas vivens non dederit: « Deinde, inquit, filii mortui penas rependit, quas virus effugerat. »

Porro hanc gnomen primo loco collocat Salomon, ut moneat tum parentes honeste filios educare, eorumque vita castigare, ut illis sint gaudio, non mœror; tum filios, ut probe se gerant, parentibusque sint obsequentes; sic enim fore ut eos exhalirent, non confristerent. Solent enim filii

(t) Est sic sermonis dubius membrum constantis *accipitri*, seu viscistudo elliptica, ubi in uno membro unum, in altero alterum exprimunt, et tamen in utroque membro utrumque intelligendum.

amore et reverentia parentum tangi, adeoque hic summus est eis ad virtutem stimulus, quem proinde eis hic adhibet Salomon. Ita S. Augustinus sua haeresi et scotiatione mœstori *vit* S. Monicæ matris suis, cuius dolores et lacrymas, quibus eum secundo quasi paritur, fuse ipse recenset in libro *Confess.* Ita Blanca, regina sancta, magna sollicitudine educavit S. Ludovicum regem Francorum filium suum, ac causa fui sanctitatis ejusdem. Identem enim ei occinebat illud: « Fili, mallem te aspicere mortuum, quam committentem aliquod peccatum mortale, quo Dei offensam odiumque incurres. » Ita non raro illi improbi sua improbitate matres ingeni mœro afficiunt, imo conficiunt et encant: quare veri sunt parricidae et matricidae.

Mystice, « filius sapiens » est fidelis probus, prescrimer peccator ponentes; hic « letificat patrem », id est Christum, qui eum sanguine suo genuit, et matrem, id est Ecclesiam, que eum utro baptismi peperit; improbus vero eosdem contristat. Typus hujus mœstoris existat in matre virtutis urbis Nain, lugente filium unicum jam mortuum, quem Christus matris lacrymas commotus ad vitam revocavit, *Luce* cap. vii, vers. 44, ut ibidem explicant S. Ambrosius, S. Gregorius, S. Augustinus, Beda et alii.

Bursum filii sapientes sunt discipuli, subditi, ponentes; hi enim, si bene se gerant, letificant suos magistros, Superiores, Confessarios, etc.; sin male, eorum magno mœro afficiunt, quia, ut sit Sixthus philosophus in *Sentent.*, num. 164: « Peccata discentium, opprobria sunt doctorum. » Nam iudei erga subditos affectum habent tam matris, quam patris. Unde ille diebat Prelato:

Verba patris habes, ubera matris habe.

Dicant ergo cum Jeremia cap. ix, 4: « quis dabit capitio meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte interfectos filii populi mei. »

2. **NIL PRODRIBUNT THERSAU IMPETATIS: JUSTITIA VERO LIBERABIT A MORTE.** — Primo, aliqui cum fulgeant hec accipiunt generatim de quibusvis thesauris et opibus, etiam juste licetque parvis; omnes enim opes dicuntur « impeditatis», id est impie, eo sensu quo a Christo vocatur « mammona iniquitatis», *Luc. XVI*, 9, scilicet primo, quia opes sepe per injusticias conquiruntur. Unde illud: « Dives aut iniquus, aut iniqui heres; » *secundo*, « iniquitatis, » quia divitiae sunt occasio, materia et stimulus omnis peccati, presertim injustitiae; *tertio*, « iniquitatis, » id est iniquus, id est infideles, fallaces, caducæ, vanæ et mendaces, non vere, non fidèles et stabiles, uti explicat Christus ibidem versus 11, eodem cap. ; *quarto*, addit S. Augustinus, serm. 33. *De Verbis Domini*, « iniquitatis, » quia iniqui solas eas putant esse divitias; non enim norunt spirituales, coelestes et aeternas, que a nomine Christi possunt. Unde pro *thesauri*

impietatis hoc loco aliqui verum, *thesauri inquietudinis, turbationis, motus, seditionis*; hec enim omnia significat Hebreum γενετική resca. Sic ergo sensus erit, q. d. *Thesauri quantumvis magni non prosunt, sed potius obsunt, quia animo afferunt perpetuam inquietudinem, turbationem et quasi seditionem passionum, ut nunc metus eas amittendi configat cum cupiditate eas refinendi, nunc spes eas angendi configat cum timore eas minuendi, nunc anxietas eas conservandi configat cum obligatione et dolore eas restituendi, vel erogandi in amicos aut egenos. Hac de causa Christus opes νοστρας spinas, que tangentem pungunt et προστέντης, *Math.* capite xiiii, vers. 22. Unde & Gregorius et S. Bernardus docent eas non esse amandas, utpote « que amatoe inquietant, possessorerant, amissa cruciant. » Quocirca Clemens Alexandrinus, lib. VI *Pedagog.* cap. vi: « Divitiae, inquit, serpenti similes, quem si quis nescit inoffense eminus accipere, bestiam simi periculi summa cauda apprehendens, ea manu circumcapiebitur et mordebit. Ita et divitiae, si ab imperio viro apprehenduntur, inhaerent, et mordent. Sed si quis, se magnificum prebens, recte et scientier eis utatur, illusus permanebit. » Vide S. Chrysostomum, hom. 82 in *Math.*, ubi avarum daemoniaco, et illum aquae ac hunc mille estibus agitari, furere et insanire multis demonstrat.*

Secundo, proprie et genuine, « *thesauri impietatis* » vocantur opes *impiaetate acquisita*, ut veritatem Pagninus, sive per impietatem partes, vel conservare, v. g. per usuras, rapinas, injustos contractus, per immisericordiam, per violationem testorum aliarumque legum divinarum, vel humanarum. Hi enim, licet ad modicum tempus prodesse videantur, quo eis fruiter dives impius, tamen tandem non prosunt ei, sed obsunt, tum quia « male parata, male dilabuntur; » tum quia, elsi apud homines subinde pro sint, apud Deum tamen non prosunt : Deus enim impietatem ejus puniet sapientia in hac vita, et semper in futura : Deus enim auro corrumpernequit, ut corrumputur iudicis et principes; tum denique quia in hora mortis non liberant divitem impium a morte tam presenti, quam aeterna ; illius enim reus est impius, juxta illud Christi *Math.* xvi: « Quid enim prodet homini, si universum mundum luderetur, anima vero sua detinendum patiatur? At contra justitia liberabit a morte, » quia, et si nonnumquam apud homines, inquit Jansenus, ob justitiam justi occidantur, apud Deum tamen justitia homini frequenter efficit ut communem aliquam evadat ultionem divinam, atque humanan persecutionem, ut patitur in Daniel et tribus pueris; semper autem efficit ut a perpetua morte (que sola vera mors est) liberetur homo, pro qua evadunt nihil proderten thesauros impi. In hac autem parte sat insinuat thesauros juste partos et distributivos prodesse, juxta illud : « Dis-

persit, dedit pauperibus, justitia ejus ~~misericordia~~ in seculum seculi. » Ceterum ut prior sententia adhortatoria est ad sapientiam, ut per quam parentes exhibulantur : ita haec ad justitiam, ut quod certius quis assequitur, quod impi per divitias suas assequi conanatur.

Significat ergo Salomon studendum esse potius justitiae, quam opibus corrugandis; quod ille proposit, hec obsint; estque antithesis inter impiatem impiosque thesauros, et justitiam justos que thesauros: quod hi liberent a morte, illi nequaquam, immo causa sunt mortis. Hoc est quod ait Eccli. cap. xl: « Substantia injutorum sicut fluvius siuecabantur, et sicut tonitruum magnum in pluvia personabantur. » Et Christus : « Stulte, haec nocte animam tuam reputant a te; que autem parasti, cuius erunt? » *Luc.* xii, 20. Et Abramam ad divitiam Epulonem in inferno possum : « Fili, recordare quia receperisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris, » *Luce* xvi, 25. Ita divites in inferno sero sapientes yemunt ejulant quia : « Quid nobis profuit superbia? aut divitiae jactantia quid contulit nobis? transierunt omnes illi tanquam umbra. » *Sapien.* v, 8.

Porro Septuaginta vertunt, non proderten *thesauri inquietudinis*, id est *exegibus*, legem prevaricantibus. Alludunt ad *vixi*, id est *numismata*, quod a *vixi*, id est a *lege*, dicitur, q. d. *Nemus* non prodert *exegibus*, numus non proderit *exegibus*, quia cum numerus a lege dicatur, non nisi legis studiois convenient et prodet; *exegibus* autem non convenit et obest. Numisma enim dicitur a *vixi*, et numus quasi *vixi*, addito *vixi*, ut fiat *vixi*, prima producta, ex quod deposita veteri rem cum re permundati consuetudine legi signatus sit numus, eique primum imponit. Unde numerus dictus moneta, quod signo numismatis moneretur homines, eicus pretius esset: ita Festus, Pompeius, Ambrosius Calepinus et Nicolaus Perotinus in epigram. 40 libri V *Martialis*; licet *isidorus*, libro XVI *Etymolog.* cap. xvii: « Numi, inquit, a Numa Pomplilio secundo rege Romano vocati sunt, qui eos primum apud Latinos imaginibus notavit, et titulo nominis sui prescrivit. Hinc et numisma dicitur, quod nominibus principum effigiebusque signabatur. » Adlit Petrus Gregorius, *De Repub.*, et ex eo noster Salazar, numeros a *vixi*, id est *lege*, dici, quod iusta leges et iustitia eanones parandi et expendendi sunt. Quare cum impi eos illegitime contra ius et fas conflent, vel asservent, hinc quasi iniqui possessores a Deo illi spoliabuntur; quin et vita maledicuntur, sicut vita maledicuntur, qui illegitimos et adulterinos numeros collunt. Unde S. Ephrem tract. *Contra divites*: « Si, inquit, adulterinas pecunias contra leges lex puniri, Deus etiam eos, qui contra iura sua adulterinas opes sibi parvit, merito spoliatur; sed potius cibos illi submittit mira novaque providentia, sicut Danielis aluit in laeti locum per Angelum rauientem Habacuc, Eliam

COMMENTARIA IN PROVERBIA SALOMONIS, CAP. X.

trat vinum, bilicos mel, ciliacis obsonia, que morbum animi, hoc est stultitium, augent. »

Mystice, auctor *Catena Graecor.*: Thesauri impietatis, inquit, sunt artes, eloquentia et scientiae, quas magno studio sibi comparant tum heretici, tum homines vani et ambitiosi. Verum haec omnes nihil eius proderunt, nec liberabunt eos a morte presenti et aeterna. Preclare nostra Thomas Thadidactos, *De Imitat. Christi*, lib. I, cap. ii: « Adveniente, inquit, die iudicis non queretur a nobis quid legimus, sed quid fecimus; neque quam bene dimisimus, sed quam religiose viximus. » Et lib. III., cap. XLVII: « Veniet tempus quando apparabit Magister magistrorum, Christus Dominus Angelorum, cunctorum auditus lectiones, hoc est, singulorum examinatrices conscientias; et tunc scrutabiliter Jerusalem in lucernis, et manifeste abscondita tembrarum, facebuntque argumenta linguarum. »

JUSTITIA VERO LIBERABIT A MORTE. — Quenam haec *justitia?* Primo, Vatabulus intelligit *sapieniam*: Sapientia, inquit, que dignit justitiam, liberal a morte. Secundo, R. Salomon et R. Levi intelligent *eleemosynam*, iuxta illud *Psalm.* cx, 9: « Dispersit, dedit pauperibus, justitia (id est *eleemosyna*) ejus manet in seculo seculi. » Et illud Tobit ad filium, cap. iv, 11: « Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberal, et non patiatur animam ire in tonbras. » Tertio, Lyranus accipit *justitiam proprie dictam*, quae est virtus ius summe cuique tribuens; haec enim opponitur *injustitia*, et opibus iniuste parti. Quarto, auctor *Catena Graecor.* per *justitiam* accipit *ponentiam*; haec enim punitis justi puniens peccatum liberaliter a morte anime. Quinto et optimo *justitiam* accipias universaliter, prout generalis est *virtus*, sive complexio omnium virtutum faciens hominem justum, pius et sanctum: opponitur enim *impietati* et opibus impie, id est improbo, parti. Haec justum sepe liberabit a morte presenti (uti liberavit Noe a diluvio, Lot ab incendio Sodome, tres pueros a camino ignis ardenti, Danieli a leonibus, Joname ventre ceti), semper ab aeterna.

3. **NON AFFIGET DOMINUS FAME** (*Chaldeus, non facit esurire*) ANNIAM JUSTAM, ET INSIDIAS IMPIONUM SUBVERTET. — Jussit Deus Iudeos affligere animas suas per jejunia, sed jejunium est sancta anima et corporis. « Non affiget fame » ergo, scilicet coetae et noxia, ut eos invitas fame conficiat. Unde Septuaginta vertunt, non occidat *Domarus famam animam justam*; S. Hieronymus in *Isaiae* LVI, non interficit; Symmachus et Theodosius, οὐ παρατίθεται, id est non sufficit fame quasi angina justam; fames enim instat angina fauces constrigit, itaque sufficit fameretur. Sensus ergo est, q. d. Deus non sinet affligi fama justum, ita ut anima, id est vita, illi eripiat, et quasi strangulet; sed potius cibos illi submittit mira novaque providentia, sicut Danielis aluit in laeti locum per Angelum rauientem Habacuc, Eliam

Illiud Apostoli, II Corint. vi : « Nihil habentes, et omnia possidentes. » Hoc est centuplum pauperibus spiritu promissum a Christo, Matth. xix, 29. Hoc est paupertatis Evangelicae majestas, que scilicet tollit mundi possessionem sibi vindicat. « Fidelis enim totus mundus divitiarum est, » ait S. Bernardus, serm. 21 in Cant.

Porro iustum hic quenlibet, s-*J* maxime eleemosynarium accipe, juxta illud Christi promissum : « Beati misericordes, quorū am̄ ipsi misericordiam consequentur. » Unde s. Cyprianus, De Oper. et Eleemosyna : « Metuī, inquit, ne patrimonium tuum deficit, si operari largiter ceperis? Quando factum est ut justo deessent subsidiavit, cum scriptum sit: Non occidet Dominus fame animam iusti? quasi dicas: Impossibile est ut Deus fame perire sinat eum qui famentes alit, ut Deus fame eripiat vitam illi qui famellicum vitam fame perennior sustentat.

Mystice, S. Basilius in exp. I Isaiae, Beda et Hugo hinc accipiunt de fame spirituali, hoc est, de defectu veritatis, gratia et Sacramentorum. Unde notat S. Basilius hic dicit, non affigit Dominus animam iusti fame: « Non enim loquitur, at hic de fame corporis (utique enim dixisset de corporibus justorum), sed de incedit animarum. » Hugo vero accipit famem vitiorum. Quid est, inquit, luxurias nisi fames insatiables voluptatis? quid superbia nisi fames insatiables dignitatis? quid avaritia, nisi fames insatiables facultatum? Quoniam quidem concinuit eum his quae Joannes dixit: « Quidquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vite. » Hinc S. Thomas, Opusc. De Eucharistia, ad ejus frequentationem illicet haec sententia: « Non affigit Dominus fame animam iusti, » quia Eucharistia famem vitiorum jam dictam sedat: rursus sedat famem animae ad eam amhantantis, ceteraque ejus vota et desideria; quia et non caro famem corporis. Sic Iohannes Abbas apud Palladium in Lausanne, cap. LXI, per plures annos sine cibo vixit, sola se parsens Eucharistia in Dominicā, S. Catharina Senensis diu sola Eucharistia vixit, imo ea sumpta fastidiebat omnem cibum corporeum; cumque eum iussu confessari acciperet cogeretur, illico illum stomacho reluctante rejicebat.

ET INSIDIAS INBRIORUM SUBVERTET. — Pro insidias hebreica est **תְּנִנָּתָה**, pro quo Septuaginta legentes **τύπη θορυβοῦ**, verberunt titulum: « Vita temeraria, inquietum, impiorum eroret. » Verum ceteri legunt **הַנָּתָה**, id est vanitatem, pravitatem, insidias, fractiones, contritiones. Unde Tigurina verit, astutiam (Vatablus, calamatim, damnum, perniciem) vero impiorum propellit. Sicutque est antithesis cum hemisticchio precedenti infer justitiam justorum et insidias impiorum; illam enim tantum aliquid Deus, has eroret, q. d. Non sine Deus justos proboscis spoliari bonis, et fame affligi; improbos vero, qui per fraudes et insidias

eos bonis spoliare et ad famem redigere conantur, impellet in eandem perniciem, quam ipsi probis machinati sunt, ut suis dolis capiantur, quisque artibus quasi retibus illaqueantur, itaque eos subvertet. Unde Pagninus, et propter pravitatem impiorum Deus expellit. Duplici ergo beneficio Deus iustum afficit, et quasi duplice tenebris pro ipso depugnat. Primo, quod famem ab eo depellat; secundo, quod insidias impiorum eum ad famem redigere conantur dissipat et overat, juxta illud Psalm. XXXIII, 11: « Divites egerunt et esierunt; inquirent autem Dominum non minuerunt omni bono. » Porro David insidias impiorum comparat insidias leonum praedictarum, et in eam invocavit. « Insidiatus, inquit, in abscondito quasi leo in spelunca sua; insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem dum atrahit eum, » Psalm. IX, 9; sed Deus has insidias leonum conterit. Unde subdit vers. 15: « Conferte brachium peccatoris et maligni; querite peccatum illius, et non invenietur. »

Denique hauvat Chaldeus verit, **חַנִּינָה**, id est possessio[n]es; R. Saadia et Baynus, substantiam et opes. Unde Syrus, facultates impiorum perdet; Chaldeus, possessio[n]es impiorum expellit, q. d. Deus opes pectora tuebitur, ut fame affligantur, impiorum vero pectora eroret, ut fame crucientur. Hebreus enim hauvat derivatur ab **תְּנִנָּתָה**, id est esse, subsistere; unde substantiam, id est facultates, significat et aliud ad **תְּנִנָּתָה**, id est opes. Rursus hauvat veritas esse, hoc sensu, id est opes. Quodquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vite. » Hinc S. Thomas, Opusc. De Eucharistia, ad ejus frequentationem illicet haec sententia:

4. EGESTATEM OPERATA EST MANUS REMISSA; MANES AUTEN FORTIUM DIVITIAS PARAT. — Sensus est clarus, quasi dicas: Labor parit opes, otium inopiam; diligentia dilit, negligencia depauperat; fervor est parens opulentie, torpor egestatis (2).

Pro egestate hebreica est **עֲנָתָה**, quod, si alio puncto legis **עֲנָתָה**, remissa, significat toxicum, venenum, q. d. Pigritia est quasi lentum venenum, quod sensim prosperebat totum hominem inficit, ut tempore aquae ad fame comicit et eneat. Verum legendum est **רָס**, id est egestatem, non **רָס**, id est venenum; ras enim legunt Septuaginta, Noeter, Chaldeus et ceteri. Egestatem accipe ad litteram pro inopia opum. Allegorice, Beda accipit egestatem honorum in celo, q. d. Quicunque in vita remissa et pigre vixit, hic bonus omnibus in futuro secundu[m] carebit.

Pro remissa hebreica est **שְׁמֵדָה**, quod tam fraudulentam, quam projectam, id est remissam, inertem et pigram significat. Pigri enim solent ex inertia manus torpidas extorpir, immo proiere;

(1) Maurer **תְּנִנָּתָה** cupiditatem: recte tam et etymon, tam ob oppositionem priori membro. Sed Hebrew malo sensu de cravis cupiditatis usurpant, et omnino de malis et perniciose studiis et conatuibus. Haec Vulgata reddidit **insidias**.

(2) Hebr. est, pauper fit qui agit manus remissa.

tidem quia nolunt labore, fraudulentem evadunt et fures, ut victimum sibi comparent, ut videamus in pigris mendieis. Rursum, qui fraudi innititur, remissus fit et iners, quia fraudes sibi ad victimum parandum sufficiunt putat; sed decipiuntur utrique, quia tam frans quam pigritia causa est egestatis; Deus enim fraudulentos puniri rodigitque ad paupertatem, ut experientia constat. Unde verit Chaldeus, paupertat attenuat virum dolosum, et manus recti dicit; Syrus, manus autem justorum datum; Pagninus, pauperem facit manus fraudulenta; Tigurina, qui operatur fraudulenta manus, egenus est. Vatablus pro fraudulenta verit, ut Noster, remissa, et utrumque connectere sic explicat, q. d. Qui malis artibus optat augere rem suam, ut faciniosi, qui decipiunt alios ut vivant, ad egestatem restigetur. R. Salomon, R. Levi et Aben Ezra כְּפָה remissa (quod Noster verit, manus remissa; alii, fraudulenta) vertant, bilançus fraudulenta. Unde sic transfruent, egenus erit, quisvis bilançus habet fraudulenta, ut justum non det mercum pondus, cum eas vendit; et plus justo ponderat eas, cum emit. Septuaginta vertant, paupertas virum humiliat, id est, facit ut manu si project et obiecta, uti solent esse viles et humili; Septuaginta de more secutus Arabicus vertit, paupertas deprimit hominem; manus audacum dubitabuntur.

Aliqui per manus remissam, scilicet ad dandum, accipiunt manum avaram, q. d. **בְּכָה**, id est curva et clausa manus, avara, et bonorum temax egestatem et penuria adducet; contra vero manus fortium, id est adaptata, id est liberalis, et in elemosynas effusa, divisionis et fortunam emulata. Unde Eccli. cap. IV, 30: « Non sit, ait, porrecta manus tua ad accipendum, et ad dandum collecta. » Nam, ut ille ait: « Plures opus condit, promiscissimi. » Verum hic sensu auctor est; atque manus remissa proprie non est avara, sed avara et pigra; sicut manus fortium non est liberalis, sed laboriosa, sedula, industria.

Pro fortium hebreica est **חַרְצָה** charatum, quod Syrus verit justorum; Chaldeus, restorata; Septuaginta, ἀστήτων, id est virilium, qui viriliter agunt; Tigurina, sedulorum; Baynus, sollicitorum, quales solent esse mercatores ad rem attent; unde Pagninus verit, et manus mercatorum sollicitorum dicitur illos. Proprie charatum significat viros acres, qui quod cogitant et inchoant, strenue prosecutur, nec desistunt, donec ad destinatum finem perducant. Radix enim **חַרְצָה** significat acerum, exacutum, exertare vim et virtutem suam, acriter et alaceriter agere, urgere, ad finem rem perduere. Alii charatum vertant, incisos, concisos, preciosos, quales sunt attent ad rem, qui praeceps ad obolum vel momentum sua exigunt, vel disponunt. Unde mercatores hoc habent axioma: Si vis destere, attentes esto ad omnia etiam minimis, nihil negligas, nullam occasionem lucri etiam exigui prætermittas,

quia ex multis exiguis quid sit magnum et extimum. Noster verit fortium, id est sedulorum, strenuorum. Qui enim fortis est, rem strenue urget, et ad finem usque perurget. Pro divitias pastrand sufficiunt putat; sed decipiuntur utrique, qui tam frans quam pigritia causa est egestatis; Deus enim fraudulentos puniri rodigitque ad paupertatem, ut experientia constat. Unde verit Chaldeus, paupertat attenuat virum dolosum, et manus recti dicit; Syrus, manus autem justorum datum; Pagninus, pauperem facit manus fraudulenta; Tigurina, qui operatur fraudulenta manus, egenus est. Vatablus pro fraudulenta verit, ut Noster, remissa, et utrumque connectere sic explicat, q. d. Qui malis artibus optat augere rem suam, ut faciniosi, qui decipiunt alios ut vivant, ad egestatem restigetur. R. Salomon, R. Levi et Aben Ezra כְּפָה remissa (quod Noster verit, manus remissa; alii, fraudulenta) vertant, bilançus fraudulenta. Unde sic transfruent, egenus erit, quisvis bilançus habet fraudulenta, ut justum non det mercum pondus, cum eas vendit; et plus justo ponderat eas, cum emit. Septuaginta vertant, paupertas virum humiliat, id est, facit ut manu si project et obiecta, uti solent esse viles et humili; Septuaginta de more secutus Arabicus vertit, paupertas deprimit hominem; manus audacum dubitabuntur.

Cedites saepe cuncta fenerat mortalibus;
Quidquid est in orbe servit omne diligentia.
Labore virtus crescit ex pecunia.

Sicut ergo mercatores intenti opibus quotidie lucrum adiiciunt lucru, denarum denario, aureum aureo; si o[mn]i multo magis mercator meritorum quotidianis virtutis virtutis, actum actui, gradum graduū adiiciat, aedem sibi perisse putet, quo nihil in virtute promovit, quo nulli elemosynam corporalem aut spiritu[m] contulit, quo in re quaquam se ipsum non vicit, quo creta desidium et otium ut pestem fugiat. De S. Antonio scribit Sozomenus, lib. I Histor. cap. XIII: « Neque ipsa otia aliquando in animum induxit, et qui praedare vitam esset acturus ad laborandum horatus est. » Et S. Athanasius sicut cum instar ap[osto]lis collegisse metu virtutum ex Sanctorum conversatione: ab uno enim qui in humilitate excellebat, didicisse humilitatem, ab alio patientiam, a tertio charitatem, a quarto alium virtutem in qua eminebat. S. Ephrem, in Cantus spirituali: « Quid amat otium, inquit, nunquam prosperabitur. » S. Ambrosius, lib. I De Cain, cap. IV: « Non dormientibus, inquit, non otianibus, sed vigilantibus pollicentur premia, et labori merces parata est. » S. Leo: « Non dormientibus provenit regnum colorum, nec otio et desidia torpentibus beatitudine eterna ingeritur. » S. Hieronymus, vel quisquis est auctor, epist. ad Demetriadem: « Excitandus est, inquit, spiritualibus stimulis semper animus, et majora quotidie ardore renovandus. Orationis instantia, illuminatio, lectio, sollicitudo vigiliarum, diurna et nocturna eius incitamenta sunt. Nihil enim in hoc proposito otio deterius est, quod non solumente non acquirit nova, sed etiam parita consumit sancte vite ratio processu gaudet et crescit. eccl[esi]asticon torpescit et deficit. » S. Bernardus, lib. De Considerat. ad Eugen. cap. XIII: « Si recte, aet Sapiens horatur sapientiam in otio scribi, cave dum et in otio otium est. Fugienda proinde otia, mater nugarum, noverca virtutum. » S. B. silius, in Constit. Monast. cap. V: « Quid apostolus nonne ipsi quoque Dominum sumi imitatus no-

assidui in laboribus erant? Animadverte Paulum induisse laborantem.» De B. Alcuino, qui tempora Caroli Magni in Gallia laude doctrine flouruit, scribit auctor *Vite eius*: « Fugiebat modis omnibus ostositatem. Nam aut legebat, aut scribebat, aut discipulos eruditiebat, aut orationi vacabat, aut psalmorum decantationi, inevitabilibus tantummodo corporis indulgenti necessitatibus. » S. Bonaventura, in *Regula Novit.*, cap. viii: « Per tria ista tota vita tua decurrat, ut semper ores, aut legas, aut servias, et potissimum servibus, forensibus et iuris; et factis servitis non stes cum fratribus otiros, sed statim vade ad cellam, et ibi ores aut legas. »

